

chanaliorum insolentiam; perinde est atq; confusio, sive caligo; illum Vates praevidebat; Christianos nempe (ut Montanus explicat) genio, vitis, voluptatibus, & huiusmodi deliciis operam dantes, num. 234. 240. Extincta majore ex parte caliginosa haec confusio mirabili arte & prudentia Sodalitii nostri, impulfore Deo, ita ut in miraculum Christiana Plebs posita sit. Ubi ex Apoc. 17. spectrum purpuratae illius meretricis, cui nomen fronti inscriptum, Babylon magna etc. Et pro sanctissimo Protoparente N. Ignatio, festi hujus institutore, & Bacchanaliorum destructore, vide Apoc. 18. Angelum illum fulgore suo totam terram illustrantem, & clamantem: Cecidit, cecidit Babylon magna: videbique ibi nostrum Alcazarem.

Feria IV. Cinetur.

- 1. Memento homo, quia pulvis es etc. Genes. 3. Consulto mortis memoria suggeritur, cum summa nobis commendatur vigilantia in re Virtutis, hoc praesertim Quadragesimali tempore. Nam ille utique semper invigilat, cui mortis cogitationem Deus ingerit, a n. 1957.
- 2. Memento homo etc. Cum jejunitate etc. Matt. 6. Dum jejunium indicitur, mors ob oculos proponitur: mortis enim recordatione nos Christus, mortis personam affumens, jejunitate facit addictissimos, n. 1725. Sic Elias mortis memoria praeventus quadragesima diebus jejunavit, numer. 1956.
- 3. Memento homo etc. Cum jejunatis etc. Mors obicitur, & indicitur jejunium. Quid hoc? Per gulam incontinentiam mors intravit in terram, sed per jejunii abstinentiam fugatur, ac deperditur? Sic ruinae in Adamo factae per jejunium instaurantur, a n. 1850. 1858.
- 4. Cum jejunatis. Mundi fundamenta jacta per jejunium sunt, Mundi ruina per gulam venit. Christus ergo est, qui indico jejunio, illa suscitavit fundamenta, a n. 1858.
- 5. Cum jejunatis. Ut caelestibus deliciis homines perfruantur, abstinere eos vult Christus Dominus a terrenis; jejunium quippe manna absconditum est, quod gulam vincendi datur, n. 1850. 1851.
- 6. Cum jejunatis. Per gulam homo in bruti naturam insipientissimus degeneravit; per abstinentiam, multam a caelo trahit sapientiam, a n. 1852. Et animus purgatissimus, mundissimisque efficitur, n. 1855.
- 7. Cum jejunatis. Jejunium instar muri, aut sepis hominibus est adversus animae hostes, & malas bestias, n. 1859. Murus item est, quo Dei irae nos opponimus, divinam avertimus indignationem, n. 1860.
- 8. Memento homo etc. Cum jejunatis. Mortis recordationi adlociatur jejunii virtus, quae adversus corporis vitia strenue pugnat, & expugnat carnis adultus, ut pura perferat pudicitia. Utenim S. Leo serm. de Jejun. Ob hoc castigatio ista sumitur, ut carnalium desideriorum famites subtrahantur. Sic mors ipsa, non mors hominibus est, sed vita, a n. 1944.
- 9. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra etc. Thesaurizate vobis thesauros in caelo. Mundialia bona contemnda, caelestia quae gerenda, ut sic a terrae contubernio sejunctus, caelum sis, a n. 1815.

Feria VI. post Cineres.

- 1. Deipara & Dei Mater, & Mater etiam pulchrae dilectionis erga inimicos appellatur. Vel sola tanquam Matris umbra amorem inimicorum ingerebat olim Davidi, & Moyse, n. 2104.
- 2. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Matt. 5. Emphaticam habet illa vox Ego, Deus ipse est, qui inimicorum dilectionem, & beneficentiam erga aduersarios praecipit, quid humana sapientia, & gloria pertrepret. Nihil ultra querat, nullum alium magistrum exaudias. Nam Christus, incarnata Dei Sapientia, una Angelorum, & hominum schola Doctor, & Magister est, a numero 116. & 2241.
- 3. Diligite inimicos vestros. Dum Christus id praecipit, se matrem pulchrae dilectionis ostendit, quae est tota Ecclesiae pulchritudo, & potens universos sui aspectu ad se rapere, a n. 2062. Imo se esse demonstrat pulchram ipsam dilectionem, n. 2095.
- 4. Diligite inimicos vestros. Regia Christi sedes in Jerusalem [id est, visione pacis] unde olim Israeliticum Populum gubernabat, sic praeludens futurum ipsius in Ecclesia Christiana pacificum regimen, & gubernandi gloriam, a n. 1386.
- 5. Ut sitis filii Patris vestri. Christi praedicatione, per quam vel inimicis hominibus suam erogat sapientiam, & nos amorem inimicorum edocet, illum Dei Filium demonstrat, n. 2423.
- 6. Qui in caelis est. Sat erat dicere, ut sitis filii Patris vestri, cur addit, qui in caelis est? Sanè quia de inimicorum dilectione thronum sibi parat, in quo totus requiescat Deus. Ubi enim alta pax floret, ibi divina Christi maiestas, & Regia resplendet potestas, a n. 1411. Vide Pax.
- 7. Qui solem suum oriri facit etc. Ut Gubernatores doceat, quanti sit momenti ad pacis commodam, quod aequales se omnibus exhibeant, aequaliter in universos bonitatem suam effundendo, a n. 1352.
- 8. Qui solem suum etc. Ubi S. Augustinus: Potest per solem intelligi, non iste visibilis, sed ille, de quo dicitur: Orietur vobis timoribus nomen meum sol justitiae; & per pluviam irrigatio doctrinae veritatis, quia & bonis, & malis apparuit, & evangelizatus est Christus, Suo Deus excitantis gratiae lumine omnes illustrat, & justos, & peccatores, bonos & malos, a n. 925. Rursus Christus solis instar praesurgens vel barbaras quasque nationes inimicas illuminat nitidissima Evangelii luce, a n. 2378. Et ad instar pluviae omnes irrigat, & foecundat, a n. 2315.
- 9. Qui solem suum etc. Hinc illud ad mores derives: Dei bona, quae tibi soli ferviunt, nec aliis communicantur, ferè nulla censentur, a n. 1041. Vide Concordia.

Pro Dominica I. Quadragesimae.

- 1. Ductus est Jesus in desertum etc. Matt. 4. S. Augustinus ad de Trinit. c. 13. Cur seipsum tentandum praebeat? Ut ad superandas tentationes mediator esset, non solum per adiutorium, verum etiam per exemplum. Nobis itaque obicitur Christus ut prima lex, & bene operandi norma, n. 2243. & n. 8. Deinde, proponitur tanquam unica meta, & praecipuus scopus, in quem collimet nostra omnis oculorum, ac mentis acies, ne aberrat, a n. 38.
- 2. Et cum jejunasset etc. Congressurus cum diabolo Dominus, & juratum debellaturus hostem, jejunio se obarmat Quadragesimali. Ut enim Chrysologus serm. 12. Jejunium vicat, ut nobis vincendi vires, vincendi formam taliter largiretur. Sic gulosi draconis caput contrivit; sic vel per jejunii hominis salivam deperditus tartareus hostis, a n. 762.
- 3. Et cum jejunasset quadragesima etc. Si plura velis jejunii encomia, quae facile Evangelii verbis adaptes, & inde ad mores derives, vide Jejunium, & quae praemisimus ad Feriam 4. Cinerum.
- 4. Et cum jejunasset quadragesima diebus etc. Bonus jejunii numerus, qui caelos aperit, & mellifluos facit, num. 1850. 1851.
- 5. Si Filius Dei es etc. Ubi Chrysologus serm. 13. Videtis, quia jam non hominem, sed Dei Filium credit, quem liberum a ventris conspectu servavit? Videas subinde, jejunium divinum quid esse, & homines Deo similes reddere, num. 1850.
- 6. Dic ut lapides isti panes fiant. S. Ambros. in Luc. c. 4. Inde autem coepit, unde jam vicerat, scilicet a gula. Vide quae ratione Evam ad peccandum induxit verlusit Paradisi serpens, a n. 134. Quasi vetiti pomi esum ob scientiae acceptionem divinam, a n. 137. Sed planè, per jejunii virtutem, multam trahimus a caelo sapientiam, n. 1852.
- 7. Dic ut lapides isti panes fiant. Quare non dixit: Si Filius Dei

Dei es, dic ut homines lapides isti fiant? Respondet Chrysologus serm. 12. Sic dicens, Diabolus hominem vult mori, strare, non Deum. Sed quare non Deum, sed hominem? Quia Dei proprium est lapides convertere in homines. Quam divine [subdit Chrysol. serm. 13.] lapides convertit in homines, qui de lapidibus, Abraha filios ad iudicium suae maiestatis suscitavit. Verè enim tota Dei virtus potentissima necessaria est, ut ei obdurata hominum corda subjiciantur, n. 2313. & a n. 1233.

- 8. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Omne verbum ex ore Dei procedens est ipse Dei Filius, n. 308. Cibis ille praedulcis est, panis vitae, & intellectus quo vivimus, n. 314.
- 9. Non in solo pane etc. Rectè hic Christianus Druithmanus: Quia illa anima, qua verbo Dei non pascitur, profecto mortua est. Multa haec revoces, si videas voces, Doctrina Evangelica, & Verbum.
- 10. Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Vix diabolus supra Templi fastigium evexerat Christum, cum profundum ei casum luadet. Benè hic Chrysologus serm. 13. Convenientius dixerit: Si Filius Dei es, ascende ad caelum; cum sit hominis utique ad ima cadere, Dei sit ad caelum ascendere. Itaque diabolus, non ad caelestia, sed ad terrena oculos, & animum convertere suadet. Coelum enim eris, si te ipso, & terrae contubernio longè sejungaris, caelestia & aeterna quaerens, a n. 1115.
- 11. Angelus sui Deus mandavit de te, & in manibus tollent te. De sollicitis Angelorum ministeriis erga homines, vide a n. 209.
- 12. In manibus tollent te. Ubi Chrysolomus: Verè Filius Dei, Angelorum a manibus non portatur, sed ipse magis Angelos portat, sed qua ratione eos portat? Quia illis omnia gratie dona promittit, n. 2217. Et quia Christo adstantes, ipsi immobiles steterunt, n. 1081. Item, qui aliis praesunt ut Angelis Christus, portare debent, non portari, portent suorum onera, a n. 1219.
- 13. Non tentabis Dominum Deum tuum. Argute Chrysologus serm. 13. Se utique Dominum, se utique Deum intelligi voluit, hac dicens, qui non de pinnis Templi tantum se dedit in terram, sed de caelo se ad inferos usque iactavit, ut non cadentium forma, sed esset resurrectio mortuorum. De descensu Christi ad inferos, ubi lux vitaeque iustus fuit, eos illuminans lumine gloriae, & aeterna felicitate donans, n. 2376. Verum luculentius se Deum ostendit, cum in obsecrata hominum corda descendit, eosque illuminat amicae gratiae luce, a n. 2277.
- 14. Assumpsit cum a diabolus in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam ejus. Lucas addit, in momento temporis. Ubi Ambrosius: Benè autem in momento temporis secularia, & terrena monstrantur; non enim tam conspectus caelestia demonstrantur, quam caduce fragilitatis potestas exprimitur. In momento enim cuncta illa praetereunt, & sepe honoris fastidium antequam veniat. Videlicet, terrena bona minoris ponderis sunt, quam ipsa vanitas, & inanitas, n. 1602. Spiritualia quoque plus vantur, plus appetuntur, non sic munditia, n. 2224.
- 15. Ostendit ei omnia etc. Origenes Homil. 30. Ostendit ei in puncto temporis, hoc est, in praesenti temporum cursu, quia ad comparationem aeternitatis, parvis obinet iniuria. Quippe mundialia bona instar puncti sunt, caelestia instar circuli, seu sphaerae; juxta haec ambiunt; impii circa illa perpetua vertigine agitantur, a n. 1160.
- 16. Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. De Angelorum cultu, & famulatu erga Christum, a n. 2151.

Pro Feria IV. post Domin. I. Quadrag.

- 1. Magister, volumus a te signum videre: Matt. 12. Magistrum appellant, & jure quidem optimo: Christus enim, incarnata Dei Sapientia, unus in una Angelorum, & hominum schola Doctor, & Magister est, a n. 116. & 2241.
- 2. Volumus a te signum videre. Non dicunt, Volumus Te Te signum videre, ut in te veluti in scopum oculos, & mentis aciem intendamus; sed volumus a te, id est, aliud extra te videre signum. Sic certe longè, & miserè aberrarunt. Ne igitur & nos deeremus, sit nobis unicum signum, meta unica, & praecipuus scopus Christus, in quem collimemus, a n. 38.
- 3. Volumus a te signum videre. Quid hoc? ob obsecrati Judaei Nonne, & vos, & progenitores vestri plurima, eaque admiratione dignissima, vidistis Christi signa? Per illum jam ex tunc innotescerent soluta aegyptiaca captivitas ostentis plurimis, n. 1083. Deducta Hebraea gens per desertum in columna ignis, & nubis, n. 1084. Rubus visus est ardens, & incombustus, n. 1086. Serpentis signum, ad cuius conspectum sanitas praestò erat, n. 39. Si toties Deus

ab hominibus in figura hominis videtur? signa parantur, quid est quod modò hominem videntes Christianum majora operantem mirabilia, adversus illum infu gunt, & adhuc signa quaerunt? Dixeris cum Chrysologo serm. 131. Forte figura, honor, veritas datur i iuria.

- 4. Generatio mala, & adultera signum quaerit. Scribas, & Pharisaeos, qui inter Hebraeorum gentem avita gloriabantur nobilitate, adulterinos filios Christus appellat, quod ignobilitatis nomen est. Cur ita? Ut doceat, apud Deum illam dumtaxat nobilitatem laudabilem esse, magno in pretio & loco haberi, quae vitis non fœdat, sed virtute pollet, a n. 859. Vide Nobilitas, & Hebraeus.
- 5. Generatio mala, & adultera etc. Scribas, & Pharisaeos, qui inter caeteros sapientia & doctrina excellbant, tanta Christus asperitate increpat; quia estis alioquin sapientes Magistri, illis tamen sanctitas deerat, quae sapientiae anima est, sine qua inanis, & emortua extat quaecumque sapientia, a n. 270. Et quidem quantumvis sapientissimus sis, non tam sapientis, quam sanctitatis dotes commendare, & estimare debes, a n. 278.
- 6. Et signum non dabitur nisi, nisi signum Jonae Prophetae. Signum illud denegavit, quod inutile erat: aut signum eis promittit, quod utile esset, nempe suae mortis, & passionis signum. Certè ut optimus mundi Princeps, ac Principum norma; quorum bonitas non debet esse partialis, sed aequaliter se omnibus exhibere, a n. 1352. Deinde ut doceat, sublimiorem Principum maiestatem tunc maxinè prodi, cum subditorum emolumentis interservit, a numer. 1120.
- 7. Signum Jonae Prophetae. Quod Christi crucifixi signum fuit, qui est crucis columna ignis, & nubis nos ductat, illuminat, & protegit, n. 1096. Signum planè, in quod oculos intendamus, ut remedium inveniamus curandis animae vulneribus, n. 39. Vide Christus patiens.
- 8. Signum Jonae Prophetae. Rectè S. Hieronymus Epist. ad Paulinum: Jona columba pulcherrima naufragio suo Passionem Domini praefigurans, mundum ad poenitentiam revocat; & sub nomine Ninive Gentibus salutem nuntiat. Jona itaque ex omnibus Prophetis unus ad Gentium conversionem missus, typus Christi crucifixi exitit vocantis ad Ecclesiam suam Gentes, imò ad Empyreum palatium coronâ donandas. De quo egregium habes varicinium ex Isaia c. 10. 11. Radix Jesse, qui stat in signum etc. n. 1078. 1415.
- 9. Signum Jonae Prophetae. Opportunè hic S. Chrysologus serm. 37. Beati sumus, fratres, quia quod praesertim in typo, quod promissum est in figura, nos veritate veneramus, criminum, & habemus. Non praefigurantem; sed praefiguratam Jonam. Christum crucifixum, quem Hispania Gens, jam olim ab heroicis temporibus, summo cultu veneratur, & eximia praereliquis Christianis Nationibus, pietate, ac munificentia, n. 1566. Testis Centurio Evangelicus, qui & Hispanus, a quo Christus in cruce existens, verus Dei Filius agnitus, & libera voce publicatus est, n. 1564. Testis Hispanorum insigne, quod nempè, vel ante Christi adventum, n. 1567. Et quid mirum, si nobilissimum Dominicae Passionis proventus extra Hispaniensium conversionem, & eximia religio? a n. 1558.
- 10. Signum Jonae Prophetae. Viso hoc a Ninivitis signo, poenitentiam egerunt; Jona enim [ut Augustinus ait 18. Civit. 30.] non tam sermons, quam sua quadam passione propheta-vit, profecto apertius quam si eius mortem, & resurrecti nem voce clamaret. Inspecito ab Hispanis Christo cruci suffixo, qui stat in signum popolorum, è quo poenitentiae signa dantur numer. 1566. O quam immensa Martyrum summa ex foecundo Hispaniensis Ecclesiae agro pullulavit, vocem suo crucifixi reddentium! numero 1570. & a numero 1571.
- 11. Signum Jonae Prophetae. Ut Deus se Deum esse non tantum Judaeorum, sed etiam omnium Gentium, eorumque curam habere, & providentiam, perspicue ostendat, extra Iudaeos fines Jonam mittit ad Ninivitas, ut veri Numinis fidem eis deferret, & aeterna salutis fontem monstraret. Sic Deus ostendit, quam vehementer nostram omnium salutem exoptet, salutisque perennitatem, a n. 2172. Et quomodo omnes amplectatur, absque ulla exceptione; & qua providentia profsequi universos debeant boni Principes, a n. 1352.
- 12. Et ecce plusquam Jona hic. Se ipsum Christus dilaudat, securus quidem suae sanctitatis, quod quidem coram domesticis suis id praestat, a n. 290. Rursus, in ore proprio ut speciosa sit, pretiosa, & fructuosa laus, non ab glorio-lae cupiditate, sed a Dei honore, & audientium bono debet oriri, a n. 283.
- 13. Et ecce plusquam Jona hic. Sed unde signatim se Jona anteferi? Respondet Christi nomine Chrysolomus Homil. 44. in Matt. Subversionem ille vrbis futuram praedixit, ego Regnè



Regni colorum Evangelia vobis annuntio. Christi enim doctrina, illum Dei esse Filium demonstrabat, n.2423. Vide Christi doctrina.

Pro FERIA VI. post Domin. I. Quadrag.

- 1. Erat dies festus Iudaeorum, & ascendit Iesus Ierosolimam. Joan. 5. Et quorum hic ascensus? Respondet Chrysostr. Homil. 35. Vi dies festus faciens non videatur Legi contrarius. Legis quippe observatio sibi vendicat Dei tutamen; transgressio autem malum parit, n. 1093. & 1094. Et quomodo potest Legi esse contrarius, qui prima Lex est, & bene operandi norma? n. 2243. Subdit Chrysostr. Et ob hoc multitudinem simplicem per signa, & doctrinam atrahat. Nil mirum, cum vehementer ipse nostrum omnium salutem exoptet, à n. 1172.
- 2. Est autem Ierosolymis probatica piscina. Piscina hæc mirum in modum erat rubens [ut Hieronymus observat] cruentis aquis; nam in ea hostiæ Deo immolanda lavabantur: unde probatica dicebatur, id est, pecuniaria seu ovis, Neque his solum divinis inferebantur, sed curandis etiam infirmitatibus universis. Quid inde ad mores? Dei bona, quæ tibi soli servantur, nec aliis communicantur, ferè nulla censentur, à n. 1041.
- 3. Est autem Ierosolymis probatica piscina. Inferviebat piscina hæc saluti infirmorum, & inferviebat ovis cruor, & Angelus ipse frequenter in eam descendens, inferviebat quoque Porro ad Christum magni consilii Angelum, ejusque cruorem effundendam, hæc arcanè spectabant. Christus enim qui venit, non ministrare, sed ministrari, in Salomonis Templo ministrare, quasi edificabat, vel ipsis ægrotantibus peccatoribus, à n. 1379.
- 4. Expectantiam aqua motum. Erat hæc aqua, non viva, & jugis; sed stagnans, situque torpens. Unde, vel ad unius dumtaxat sanitatem, miraculo opus erat, & Angeli de cælis in terras, qui aquam collecticia, clausa, & stagnans vel unius peccatoris salutem inferviat, miraculosa operatione opus est? Sit instar aque è fonte profluentis, jugis & vivæ ad omnium sanitatem, à n. 1876. & n. 1889. Idem quatuor decantatissimis luminibus Evangelica doctrina assimilatur, à n. 2280. & n. 2302.
- 5. Angelus autem Domini descendebat. Solicita semper fuere Angelorum ministeria erga homines, à n. 209.
- 6. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens infirmitate sua. Typus extitit obdurati peccatoris, in quo suas exerit vias Deus homo. Nam tota Dei virtus potentissima necessaria est, ut ei obdurata hominum corda subjiciantur, à n. 1233.
- 7. Vis sanus fieri? Hæc Christum curā vehementer tangebatur, utpote supremum Mundi Principem. Nam sublimior Principum majestas tunc maxime proditur, cum subditorum emolumentis inserviant, à n. 1120.
- 8. Hominem non habeo. Argute hic Ambrosius: Paralyticus expectabat hominem. Quem? nisi illum Dominum Jesum natum ex Virgine, cuius adventu jam non umbra sanaret singulos, sed veritas universos. Dum Christus unius tantummodohominis salutem operabatur per Angelum in piscina aquas descendens, non tam supremi Principis veritas erat, quam umbrasub qua delitebat, quasi partiarum se esse consideretur. Cum autem umbræ veritatem adtrueret, & principatum suum demonstraret, omnium exerebat, & procurabat salutem, beneficium se omnibus exhibebat. Igitur non fit partiarum Principum bonitas, æqualiter se omnibus exhibeat, à n. 1352.
- 9. Hominem non habeo. Innumeris scatebat hominibus Regia illa civitas, nihilominus quia ab hoc ægroto homo desiderabatur pius, & misericors, hominem se non habere testatur. Quid hoc? Sine virtutibus homo, non homo, sed inanissima vacuitas est, à n. 1599.
- 10. Hominem non habeo. Spem omnem suam in homines conjecerat, ut sanitatem obtineret; sed frustra quoadusque hominem Deum præ oculis habuit. Sic ergo nobis Christi unica meta, & præcipuus scopus, in quem collimet nostra omnis oculorum, & mentis acies, ne aberret, à n. 38.
- 11. Staturus sanus factus est homo ille. Itane unus dumtaxat sanatur homo? Cur non multis sanitates impertitur corporata Dei Sapientia infinite locuples omnipotentis thesaurus? Respondet Augustinus: Sanabatur unus significans Ecclesiæ unitatem, & quisquis præter unitatem fuerit, sanari non potest. Certè ubi alta pax, & unitas floret, ibi divina Christi potestas respundet, à n. 1415. Vide Pax.
- 12. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Legis jugum, post adeptam sanctitatem, portandam unà certè cum Christo nos adjuvante, n. 1053.

Pro Dominica II. Quadragesimæ.

- 1. Matth. 17. In montis sublimitate hæc Dominica Transfigurationis celebrata sunt solemnia: ibi anima sua splendendam gloriam Christus in corpore transfudit suis; ibi claritate & fulgore tres illos Discipulos, nec non Moysen, & Eliam circumdedit; ibi gloriæ suæ aspectum, & futuræ pignus eis communicavit. Sed cur ibi? cur in montis fastigio, & non alibi? Certè quia Deipara monte illo designabatur, quæ mons est Domini in vertice montium ad gloriosam omnium illuminationem, à n. 1109 & 340. Imò cœlestis curiæ pincerna est, plenum gloriæ lumine poculum ministrans, n. 1024.
- 2. Post dies sex assumpsit Jesus. Cur post sex dies? Origenes respondet: Quia in sex diebus torus factus est visibilis mundus. Qui transcendit omnes res mundi, potest ascendere super montem excelsum, & gloriam aspicere Verbi Dei. Etenim, qui à terræ contubernio sejunctus, celestia bona querit, vel ante ipsam gloriæ fruitionem, cœlum est, à n. 1115.
- 3. Assumpsit Jesus Petrum & c. Cur duxit illos? Prema illa, Assumpsit, & duxit, & quid Jesus est, qui Discipulos illos ad cœlestes Thaboris glorias assumpsit, deduxitque. Quid hoc? Innovatur veteris columnæ ignis & nubes miraculum, cujus speciem æternum sibi induit Verbum, ut sic Hebræos assumeret, & deduceret per desertum ad terræ promissæ delicias, n. 1071. & à n. 1084. usque ad 1096.
- 4. Assumpsit Jesus Petrum & c. Quare tres hos Discipulos signavit? Quoniam alius posteriores erant, respondet Chrysostr. At si Christo erant gratiosiores, cur non abique tanto labore, in terræ planitie, augultam suam gloriam illis ostendit? Certè quia indeficiens, atque indefessa Dei gratia, ne deficiatne defatigaretur, indeficientem, & indefessam nostram desiderat cooperationem, à n. 1051. Vide Gratia.
- 5. Assumpsit Jesus Petrum & c. Eos, uti Regia Aquila in humeros assumpsit suos, num. 1071. 1095. Utrique ut bonus Princeps per Aquilam aviam Regiam designatus, Nam qui aliis præstare, portare debent, non portari, portent subditorum onera, à n. 1129.
- 6. Et transfiguratus est ante eos. Et quomodo? Resplenduit facies ejus sicut sol. Ubi Origenes: Hi, coram quibus transfiguratur, facti sunt filii Dei; & ostendit eis sol esse justitiam. Expende igitur noviter Malachæ verba, ut habes à numero 970.
- 7. Et sol, resplenduit Jesus, sive Salvator: Verè enim oleum effusum, seu sol effusus, nomen ejus, n. 1886. 977.
- 8. Et sol resplenduit puritatis, & victoria aditantibus Discipulis, tantis solis circulum suscipientibus. Semper enim pura sanctitas palmam tulit de hostibus, à n. 1959. Vide Sol.
- 9. Et sol resplenduit. Sic se ostendit Dei Verbum, & Vocem, indeficientis luminis conditorem, idque titulo speciali, à n. 921.
- 10. Et sol, solaris lucis nomine arcanè designant gratiæ dona, quæ à Christo emanant, & quibus nos illuminat, à n. 932. Imò indeficiens gloriæ lumen constantem, & æternum perfundens meridiem, à num. 941. Ubi Chrysostr. Verba preme: Si facies Domini resplenduit sicut sol, & sancti sicut sol fulgebunt, numquid erit æqualis claritas Domini, & servorum? Nequaquam. Sed quia nihil lucidius invenitur sole, idcirco ad manifestandum exemplum futuræ resurrectionis, & facies Domini resplendere, & sancti fulgere dicuntur sicut sol.
- 11. Resplenduit facies ejus sicut sol. Hac gloria vel à puncto suæ Incarnationis perfruebatur Christus, in ipso animæ recessu veluti stagnata, ne in corpus prodiret: Ut enim Damascenus ferm. de Transfig. Non externa gloria illi corpori accessit, sed interna ex Verbi Deitate, ipsi personaliter unita. Videlicet perfectus homo totus interior debet esse, cordis homo, qui Deum habeat internæ suæ gloriæ inspectorem, & laudatorem, à n. 807. Et rursus; soli Deo lucere debemus, est omnes vitæ exemplo illuminemus, n. 2247.
- 12. Resplenduit facies ejus sicut sol. Sacrum Christi corpus corporeo lumine sæpè illustratum, latentis nimirum sanctitatis illustri argumento, à n. 954. Et permillum in hac vita iustorum animis, ut in corpora de pleno gratiæ lumine paululum elucescat, & gloriæ splendoris propinquat tæpser, à n. 945. Et signatim de Deipara, vel à puncto suæ Conceptionis, n. 947.
- 13. Et resplenduit facies ejus sicut sol. Ita Christus restituit humanæ naturæ formam luminosam, in qua primò condita illa est, & per peccatum amiserat, n. 947.
- 14. Vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Vestis nomine solet significari justitia, sanctimonia, & puritas eorum, qui vestè ipsa exornantur, n. 702. Vide Vestis.

- 15. Vestimenta autem ejus sicut nix. Nonnulli ex Patribus per candidas, & splendidas vestes mysticè hic accipiunt divinos sermones, sive Scripturas sacras, quibus in Thaboris gloria Jesus indutus apparuit, n. 2409. Quòd refertur Isaia: verba data. n. 59. Ut lubinde inferas, quomodo per Christum Evangelica novæ Legis doctrina perlabat perennis, immutabilis, & inconcussa, à n. 2402.
- 16. Et ecce apparuerunt illis Moses, & Elias cum eo loquentes. Sed cur hi duo tantummodo? Quia illos signatim jejuniarum suorum collegas Dominus habuit. Jejuniu quippe merito, vel adhuc in hac vita existentes, æterni convivii celestis perfruantur, à n. 1850.
- 17. Cum eo loquentes. De excessu loquebantur, quem Christus complecturus erat in Jerusalem, id est, de ejus Passione, & morte. Sed quid commune habent cœlestis gloriæ delicia cum Passionis acerbitate? Certè à Christo crucifixo torrens fluit voluptatis, omnis gratiæ, & gloriæ dulcedo plusquam mellea, à n. 2183. Vide Christus patiens.
- 18. Domine, bonum est nos hic esse. Rudis adhuc Petrus nesciebat quid diceret. Ast quæ hæc Petri inscientia? Ignorabat cœlestium bonorum naturam, quæ stagnari cupiebat, Dei enim bona, quæ tibi soli servantur, neque aliis communicantur, ferè nulla censentur, à n. 1041.
- 19. Et ecce nubes incidit obumbravit eos. Ubi S. Basilius Seleucus Orat. 43. Vel post visionem manet mysterium. Eoquod mysterium? Augustinus videtur ostendere ferm. 69. de diversis, benignè accipiens illud Petri; bonum est nos hic esse, sic subjungens: Ibi habebat Christum panem mentis, ut quid inde descenderet ad labores, & dolores? Igitur dum post visionem, nubes lucida Discipulos obumbrabat, manet adhuc mysterium, Eucharisticum nempe, quod nubes illa adumbrabat, n. 1099. Etenim inrer cœlestes Thaboris glorias Christus nube lucida, quasi panis & vini speciebus obvelatus apparet, quia hoc Mysterium nos adhuc superstitet in cœli introductio quodammodo, n. 1092. Et quia ab illo lætitia fluit cœlestis mela, n. 2094. Et omnis gratiæ, & gloriæ dulcedo plusquam mellea, à n. 2189. Vide Eucharistia, & Columna ignis, & nubes.
- 20. Levantes autem oculos neminem viderunt, nisi solum Jesum. Bene unum dumtaxat Jesum vident, dum oculos in sublimi levant. Scilicet sit nobis Christus unica meta, & præcipuus scopus, in quem collimet omnis nostra oculorum, ac mentis acies, ne aberret, à n. 38.
- 21. Neminem viderunt nisi solum Jesum. Tertullianus 4. contra Marcion. c. 22. Ut intelligatur facta translatio auditivis à Moysè Legislatore, & Eliæ amatore Legis, à creatore in Christum ejus secundum decessum veteris, & successionem novi Testamenti. Tradit igitur Pater Filio Discipulos novos, ostensit prius cum illo Moysè, & Eliæ in claritatis prærogativa, atque ita demissis, quasi jam officio, & honore persentia. Non jam audiendus Moyses veteris Legisator (ut perdidit judiæ adus exaudiri volunt) non durus legis illius æmulator Ethias audiendus; evanuerit illi cum fuis legalibus ceremoniis, & præceptis supra trecenta tredecim, ad conspectum novæ Legis, novique Legislatoris Christi Domini; quem vel vetus ipsa Synagoga ardentè exoptabat Doctorem & Magistrum, quasi jam Moisaicæ doctrinæ peritela, à num. 2241. & 2347. Nec mirum, cum Evangelica Lex præstet Moisaicæ quantum fulgus, à n. 2382. & quantum dies nocti, n. 124. & quantum res nunquam abolenda rei brevier interituræ, à n. 2402. Vide Doctrina Evangelica, & Synagoga.

Pro FERIA IV. post Domin. II. Quadrag.

- 1. Ascendens Iesus Ierosolimam assumpsit duodecim Discipulos seorsim. Matt. 20. Ubi Chrysostr. Apòstolis in secreto mortis suæ annuntiavit mysterium, quia semper per eosus thesaurus in melioribus vasis includitur. Thesaurum appellat claritatem Dominicæ Passionis notitiam, quæ non nisi pretiosis amicorum cordibus per aures reconditur. Ideo aurea, & gemmeaque aurium ornamenta promittuntur Ecclesiæ, num. 818. Et manus Christi clavis transfixæ tornatis aureæ plene hyacinthis, n. 928. & 2410. Cum intuitu ad Ezechielis rotas aureas, & gemmeas in speciem Crucis efformatas, à n. 2303. Et quidem sapientiæ thesaurus os Christi erat, quem imitari debent sapientes, à quorum ore nihil non pretiosum, divinum, & sacrum exoriri debet, à n. 852.
- 2. Assumpsit duodecim Discipulos seorsim. Cur Discipulis dumtaxat, & non aliis suæ Passionis, & mortis revelat mysterium? Quia cum Christi Passio summum esset amoris Sacramentum, non nisi amicis erat revelandum; amoris enim locutionem non nisi qui auat, intelligit, n. 909.
- 3. Et ascendimus Ierosolimam. Ubi Chrysostr. Dicit, ascendimus, quasi dicat, Videte, qui voluntarie vado ad mortem. Idcirco Christi Passio, & mors amarissima assimilatur

myrriæ primæ, seu libertatis, aut liberè fluentis, n. 730 1311. 1330.

- 4. Et ecce ascendimus. Idem Chrysostr. Quod dicit, Et ecce, constantia sermo est. Et quæ hæc Christi constantia? illa professio, quæ per mortem suam, uti Rex fortissimus, infernum debellavit, peccatum perdidit, & Plebem acquisivit sanctam, justam, fidelem, à n. 273.
- 5. Et Filius hominis tradetur. Dum Passionis suæ mysterium Discipulis annuntiat, evulgari dixerit mysticum humanæ remissionis, & libertatis Jubileum, à n. 1330. Vide adnotationes alias in Domin. Quinquagesimæ.
- 6. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Mater filii comitata accessit quando Christus de suæ Passionis acerbitate cum illis egerat. Ex morte, quam pro hominibus in cruce lubiturus erat, regnum illius inferunt. Legitimè quidem: nam Regia Christi, ac reliquorum Principum majestas tunc maxime proditur, cum subditorum emolumentis inserviunt, à n. 1120.
- 7. Tunc accessit ad eum mater & c. Ubi Hieronymus; præsentia cupit, immemor futurorum. Et S. Chrysostr. Nihil spirituale petebat, neque intelligentiam superioris Regni habebat, O inscientia! Cœlum eris, si à te ipso, & terræ contubernio longè sejungaris, cœlestia, & æterna quærens, à n. 1115.
- 8. Adorans, & petens aliquid ab eo. primarias temporales Regni sedes appellat aliquid; aliquid majore felicitate mundiali naturam constantem, & veram. Sed omnino fallitur: quippe terrena bona minoris ponderis sunt quam ipsa vanitas, & inanitas ipsa, à n. 1599.
- 9. Dic ut sedeat hi duo sibi mei & c. Augustiora appetit loca, ut filii à locis eminentioribus eminentiores habeantur. Sed nescit quid petat: nam non tam vitis locus, quam viri locis splendorem conciliare debent, à n. 17.
- 10. Veni ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in Regno tuo. Preme illam iteratam voculam, unus, & unus. Cur non potius unus, & alter dixit, aut primus, & secundus? Num quia nomen secundi inferioribus ad hominibus judicatur? n. 10. Melius dixeris; etsi duo erant, unum tamen per concordiam esse, per quam multi unus sunt, n. 1917. Et quidem opportunè unus, & unus, dixit, cum de Regno Christi cogitaret: ubi enim alia pax floret, ibi Regia splendet Christi majestas, à n. 1415.
- 11. Nescitis quid petatis. Optima responsio! Qui enim cœlesti sapientia polent, gym rerum cœlestium ambiunt, dum impii per stultitiam in terrenarum rerum puncto perpetua vertigine agitantur, à n. 1160.
- 12. Nescitis quid petatis. Bene Chrysostr. Quasi diceret, Ego vos vocavi ad partem dexteram de sinistra, & vos vestro consilio curritis ad sinistram. Vide quæ de dextera, & sinistra habes à n. 696. Facile hæc derives ad mores; ne dum mundalia appetis, reprobari fatigas.
- 13. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Rectè Augustinus 1. de Trinit. c. 12. Secundum formam servi Discipulus Dominus respondet. Priusquàm Regium thronum Christus occuparet in cœlis, servilem in terris formam assumpsit, & servile passionis pondus subijt, à n. 1379. Ut verò homines Emperas gloriæ sedes obrineant, jugum prius inserviendi subeant, operæ preium est, à n. 1407.

Pro FERIA VI. post Domin. II. Quadrag.

- 1. Homo erat paterfamilias & c. Matth. 21. In ipso hujus Evangelii vestibulo summa Dei respundet bonitas. Plantasse vineam dicitur, sive per vineam genus intelligas humanum, sive speciatim veterem Synagogam, vel potius Ecclesiam Christianam; hæc certè ratione naturam suam summè beneficam in creaturas ubertim profudit; id enim proprium erat infinite bonitatis, n. 1041. Ut hinc noveris, bona, quæ nobis solis servantur, nec aliis communicantur, ferè nulla censeri, à n. 1042.
- 2. Plantavit vineam. Dum in hac Mundi amplitudine Paradisum voluptatis plantavit, in quo primum hominem, ut primam vineæ vitem posuit, ut fructus ferret pietatis, & religionis uberes, n. 2033. Sed minime tulit; quin horrida peccati tempestas incubuit, quæ toram humani generis vineam devastavit, uno exempto, ex generali illa depopulatione, palmite cum uva sua, nempe Virgine Marre cum Filio, à n. 2054. Ab illis, & propter illos antiqua Synagoga vinea plantata, in qua ipsi ut nobilioris vites plantati, à n. 1238. usque ad 1256. & à n. 1268.
- 3. Repudiatur Synagoga, sepelitur cum honore. n. 2035. Plantatur, uti nova & foecundior vinea, Christiana Ecclesia, propagatur à Christo mirum in modum, pessunda Gentium idololatria, à n. 2032. Et Deipara propagatur similiter, idololatriæ exterminat, à n. 2047.
- 4. Plantavit vineam. Ecclesiam nempe orthodoxâ; quæ vinea appellatur ob miram foecunditatem, & amplitudinem suam, num.